



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Deposito. Titvlvs XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

## CAP. XL.

*Refutatur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit  
detrahit secundum lectorum verorem.*

*Idem Episcop. Maurensi, & proposito*

*Vlcan. a*

**A**d b nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum Tuifen. & monasterium depresso esset onere maximo debitorum, Abbas & conventus ejusdem villam quandam necessitate costruxit B. laico concesserunt in feudum, tali conditione adposita, quod idem lxxx. libras per solvere, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non diffulsi effectu mancipare: [1 & infra.] Vnde d humiliter supplicarunt, ut feudum predictum faceremus ad utilitatem monasterii revocari, praesertim cum idem laicu primo anno de ipsius proventibus ultra summam percepit prætaxatam, & per multos postmodum annos sumperit ejus fructus: [2 & j.] [Quocirca &] mandamus, quatenus si predictum monasterium, propter hoc inventeris enorme dispendium incurrisse, dictum laicum ut (pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro utilitate ipsius monasterii expendisse) noscitur, ab eisdem Abbatte & convento recepta, cum sibi fructus percepti sufficiere debeant pro labore) præstatum feudum, eidem monasterio dimitiat liberum & quietum, appellatione postposita, compellatis.

[1] Verum quia prefatura monasterium, sicut dicunt, enormiter est levatum, in hoc eo quid de redditibus villa prefata conventus debet singulari unum percipiunt, & in festo diuideant ictus, pectora vel aliud aequaliter consuevit percipere.]

[2] Neq; si volentes gravaminibus prefati monasterii præstare, quid alii non videantur injuriam irrogare.]

## CAP. XII.

*Alienatio rei ecclesiastica facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum consensu, non tenet, licet adprobetur per constitutionem laicorum.*

*Idem in concilio generali. f*

**C**um g laicis, quamvis religiosis, disponendi de rebus Ecclesiæ nulla sit attributa potestas b, quos obsequiandi maner necessitas, non auctoritas imperandi: domum in quibusdam exillis i sic refrigescere charitatem, quod immunitatem ecclesiastica liberatis, quam non videntur sancti Patres, sed etiam Principes seculares privilijis multis munierunt, non formidant suis constitutis, natus vel potius defunctionibus, & impugnare i, non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum, & usurpatione jurisdictionis, sed etiam de mortuariis, nec non & aliis que juri spirituali adnexa videntur, illicite præsumendo. Volentes igitur super his indemnitatibus consilere ecclesiæ, ac tantis gravaminibus providere, constitutiones & venditiones huiusmodi feudorum, seu aliorum honorum ecclesiasticorum, sine legitimo personarum ecclesiæ consensu, præsumptis, occasione constitutionis laice possefariis (cum non constitutis, sed defunctio vel destrutio dici possit), non usurpatio jurisdictionum m) sacri adprobatio ne concilii decernimus non tenere, præsumptoribus per censel compellendis.

a Vlcan. al. Vlcan. al. Vlcan. b C. z. ed. tit. in 3. compilat. c al. Seuif. al. Cuffien. vel Cuffien. in antiquis. d Vid. l. quid si minor. & restituto. ff. de minor. e De intellectu hujus testis videlicet per Covarruviam l. Var. re. 3. f Latera. concil. sub bene. III. c. 44. g Cunico, ed. tit. in 4. compilat. h facultas. i ista. k Ad destrutioibus. l Vid. auch. iaff. per Bart. Cade sua. sime. ecclesiæ m jurisdictionis.

## DE PRECARIIS.

## TITVLVS XIV.

## CAP. I.

*Breve est, nec potest brevius summari.*

*Ex Concilio apud Beluacensem.* a

**P**recariaz de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem & antiquam consuetudinem renoverunt.

## CAP. II.

*Revocat successor precariam per prædecessorem irrationaliter factam.*

*Ex concilio Carthaginense.* b

**D**e precariis irrationaliter factis à rectoribus ecclesiæ, ut suos successores poena gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvere nequeant: Præcipimus ut nemo successor antecessori sui pena sit obligatus, sed sua providentia sit concessum, ut si antecessor ejus res ecclesiæ irrationaliter distribuit, ab eo ad jus ejusdem ecclesiæ revocentur.

## CAP. III.

*Concessio precarii extinguitur voluntate concedentis, aut ei succedentis: precaria autem concessio non.*

*Gregorius nonus.*

**P**recarium e utendum conceditur, quamdiu patitur, qui concessit: solvit quoque obitu ejus, cui concessum est d, non etiam concedentis: aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc revocare volenti: quia per conventionem hujusmodi, non licet rem alienam invito domino possideri. Porro precaria, que quandoque de ecclesiæ possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium revocanda. e

## DE COMMODO.

## TITVLVS XV.

## CAP. unicum.

*Commodatarius gratia sui tenetur etiam de levissima culpa, non de causa, nisi in tribus casibus hic possum. Et commodatum ante usum compleatum non revocatur. h. ad.*

*Idem Gregorius nonus.*

**C**um f gratia sui tantum quis commodatum accepit, de levissima etiam culpa tenetur: Licer causas fortuitas (nisi acciderit culpa sua, vel intervenierit pauci, seu in mora fuisset) tibi non debeat imputari. Contra eum quoque recte commodati non agitur, nisi post usum expletum, cujus gratia res fuerat commodata: Cum non decipi beneficio nos oporteat, sed adjuvari.

## DE DEPOSITO.

## TITVLVS XVI.

## CAP. I.

*Ex deposito facto apud clericum ecclesiæ, non tenetur ecclesiæ nisi in utilitate ecclesiæ sit usum.*

*Alexander III. London. g Epis.*

**G**ratis h illa querimonia usque ad nos super deposito tuo tibi haec tenet denegato pervernit: [1 & j.] Cum enim non constet pecuniam tuam, quam ille vir Belial furatus est, in ecclesiæ utilitate conversam, non debemus de jure contra canonem cœlestem compellendis.

a Beluacum, Bucr. l. 3. c. 169. Ius p. 3. c. 250. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.

b Ant. Augusti. in not. antiqu. collectionis eod. tit. c. 2. art.

c al. Seuif. al. Cuffien. vel Cuffien. in antiquis. d Vid. l. & ibi gloss. & Bart. f. eod. tit.

d Hostiensis legendum seu corrigendum hic admonebita: sed non concedent. e Vid. l. credentes. & quod ibi

not. Bart. C. de pigno. f Vid. text. in 9. item u. cui res infinit. quib.

modi re contrahitur obligat. g London. al. Ludon. al. Londinen.

al. Landen. al. Linconen. h C. 2. eod. tit. in 1. comp. & pol. p.

conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 3.

nicos ejusdem ecclesie praeceps intentare iussionis instantiam, ut tibi eandem reddant pecuniam, persona, non ecclesia commendata.

Quocirca suadimus, ut in illum furem tuam dirigas actionem, eo quod (ut audivimus) loculos habet, & ea qua tibi subrepta sunt, asportavit. Nam & judicibus dedimus in mandatis, ut illum iniquum sub questionibus ad rationem ponant, etiara (si opportuerit) vinculis aliquatum, ut dictam pecuniam reddere compellatur: & infra. Si autem cum eis amicabiliter poteris de reddituum perceptione pacifici, noveris, id nobis acceptum.

[ 1 Duplici nos anxietate perstringens, eo quod tibi in hoc & deesse non possumus, & adeesse non valamus.]

#### CAP. II.

Dicit ad quid tenetur depositarius, & quoromo repetatur depositum.

Gregorius nonus.

Bona fides & absit prafumitur, si rebus tuis salvis existentibus, depositis amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum deposito obculisti, vel si aliquid pro custodia receperis. Pacto vero, culpa vel mora præcedentibus, causis etiam forentis imputatur. Sane depositori licuit pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationem vel deductionem locus non fuit, ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referratur b. licet compensatio admittatur in aliis, si cauta, ex qua postulatur, sit liquida, ita quod facilem exitum cedatur habere.

#### DE EMISSIONE ET VENDITIONE.

##### TITVLVS XVII.

#### CAP. I.

Cogit Episcopus, ne carius vendatur transuentibus, quam in mercato venderetur.

Ex concilio apud [Valen. c.]

Pacuit ut Presbyteri & plebes suas admoneant, ut & ipsi hospitales sint, & non carius vendant transuentibus, quam mercato vendere possunt. Alioquin ad Presbyterum transuentis hoc referant, ut illius jussu cum humanitate sibi vendant.

#### CAP. II.

Fraudans mensuras & pondera, triginta diebus in pane & aqua pantere debet.

Ex concilio Mogunti.

Vt mensura & pondera justa sint: [ 1 & 7. ] Si quis justas mensuras & justa pondera causa lucri mutare presumperit, 30. dies in pane & aqua peniteat.

[ 1 Sic in divinis legibus sanctum est, & in capitulo Domini Caroli continetur, facta & iste sacer conventus constituit, sic omnibus observare placet, &c.]

#### CAP. III.

Tenes venditio licet venditor sit deceptus ultra dimidiam iusta precis: potest tamen venditor agere, ut restituatur res, vel iustum premium suppletatur: & si alterum præceps petit, succumbit.

Alexander III. Attributum.

Episcopo.

Cum dilecti & filii Beluacum, canonici contra Abbatem & fratres Carilocum f proponerent querinoniam, quod sylvam qua Nigravallis dicitur a quibusdam

a Vid. sex & sibi plene per doct. s. præterea & u. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Et Anton. Comer. tom. 2. var. ref. c. 7. b reducatur. c Almonas al. Aluim. al. Aluernan. al. Aluera. al. A. lucc. d Eur. l. 2. decr. c. 165. l. uop. 6. c. 259. & c. 2. cod. tit. m. compil. vid. B. Thom. & sibi Caiet. a. 1. q. 77. art. 1. Corvat. l. 3. c. 14. var. ref. e C. 4. cod. tit. m. 1. comp. f Caroli loci.

eorum ignorante capitulo pro 10. libris 40. marchias tun-  
valentem compararent: causam ipsam. & L.  
piscopo & decano Remen. commisimus terminandam  
adjacentes, quod si uterque causa cognitioni interire ne-  
quaret, alter in eodem negotio procedere non differt:  
[ 1 & 7. ] Tandem decanus in illius causa cognitione  
processit: & cum ei per testes b. constitueret quod pra-  
dicti fratres sylvam minus dimidia iusti preci compar-  
arent, pronunciavit & venditionem non tenere: & Sy-  
lam Beluacum ecclesie adjudicans, canonicos in polli-  
tionem induxit: [ 2 & 7. ] Quia [vero] in arbitrio em-  
poris est, si velit, supplere iustum premium, aut vendi-  
tionem rescindere, cum res minus dimidia iusti preci  
comparatur: sententiam ipsam tanquam iuri contra-  
riam irritantes, possestionem monachis judicavimus esse  
reddendam, falsa quastione canonicas super deceptio-  
nem pretii, vel consensu capituli in venditione non habito, &  
alia causa rationabili, quam canonici contra monacha-  
dixerint proponendam.

[ 1 Cum itaq. decanus partes ad suam presentiam convales, Abbas & monachi non ad agendum & respondendum sed ad quen-  
dum delationem manu[m] definarunt, afferentes, quod ad me no-  
runt, & ad audiendum nostram appellaverant. Verum que in  
literis appellatio remota fuerat.]

[ 2 Nuncius igit[ur] utriusq[ue] partis in nostra proprie[n]tate hoc praefac-  
tio constituit, dum ex parte canonicorum inflanter & scelenti pe-  
tetur auct. ap. confirmari, habita deliberatione cum fratribus u-  
siris & aliis sapientibus, qui legibus iuris judicant, tandem sen-  
tiam iuri contrariantem melleximus.]

#### CAP. IV.

Si vir habeat alia bona, unde uxor possit sibi confidere, & con-  
sentiente uxore rem propter nuptias donatam uxor venderet: em-  
ptorem, qui spacio trigesima annorum rem possederit, nn potest u-  
xor inquietare super ea, maxime si premium sit conversum in  
communem usum viri & uxoris, h.d. secundum modum, quem  
tenet Parvus. Et est casus notabilis, limitans ius civile, secundum lo-  
And, non oportet adjicere, maxime: sed omnia illa tria necessaria  
requiruntur.

Celestinus III.

Pervenit et ad nos quod P. miles, A. uxori sui quan-  
dam domum in donationem propter nuptias affig-  
tam, muliere ipsa expressum dante confessum, B. mil-  
iti vendidi pro certa pecunia quantitate [ 1 & 7. ]  
Prænominate vero milite viam universi carnis ingredi  
relicta ejus venire contra hoc præsumit, allegans dum  
domum titulum donationis propter nuptias sibi concessam  
alienari non potuisse, licet ejus confessus ipso volent  
contractui accessisse. s. prefata vero B. ex eo nittitur ke-  
tueri, quod 30. an. g. certique illorum matrimonio do-  
num ipsam bona fide, titulique iusta possedit: & quia  
in communis usum viri & uxoris illius premium est con-  
versum, ac facte venditionis tempore, unde sibi præfata  
mulier consulere potuisse, in viri facultatus confite-  
bat. Quia igit[ur] super his nos consulere curari: re-  
spondemus, prædictam emptricem (si vera sunt) que  
præsumimus) præscriptis occasionibus super ipsa domo non  
debere ulterius fatigari

[ 1 Quam ex eadem venditione B. matrimonio supradicto co-  
stante 30. annis liberè pacifice possedit.]

#### CAP. V.

Si in venditione adponitur pastum de recuperanda re, pri-  
mum. b Hac duo verba, per testes, defens in in-  
bus manus, & alius anteq. exempl. c verbis, premonitis  
debet in amq. quod tamen adele debere postulat scribere, d ve-  
de l. 2. c. de rescind. vend. per Pinellum. e C. 2. cod. tit. m. 1. comp.  
f Vide auth. fratre a me. Cad. Velutianum. g alij p[ro]p[ri]etatis  
annos, &c.